

diuersitas manifesta in motu earum inuenta est. Ptolemæus enim earum loca tempore suo verificata comparauit ad loca earum ab Hipparcho & alijs inuenta, reperitq; motas motu tardo, videlicet in 100. annis gradu uno. Nam tunc caput arietis erat separatum à puncto quartæ circuli parui meridianæ versus æquatorem accedens. Posteriores vero, dum magis accederet, inuenerunt moueri in 66. annis uno gradu. Nunc nostro tempore, scilicet anno Domini 1460. factum est caput arietis septentrionale fere 66. gra. à sectione parui circuli & æquatoris distans. Vnde & à sectione eclipticæ mobilis cum æquatore 9. gra. 48. minu. fere distat. Sectio igitur iam fit super 20 gradu. 12. min. pisciū eclipticæ mobilis.

χόλιον.

Tempore Ptolemæi caput arietis mobilis distabat à sectione æquatoris & circuli occidentalem partibus 51. Obserues autem, quod stellarum motus non reuerſalis est, sed nobis ita apparet, qui earum motus referimus ad vagam sectionem æquatoris & eclipticæ mobilis. Videntur itaq; stellæ in consequentia moueri, dum illa ipsa sectio vehitur in præcedentia &c.

Maxima autem æquatio octauæ sphære contingit, dum caput arietis mobilis
i ij fuerit